natio.ſic ſollicitudo boni opis.vt tamen inquietis īmo-
derate licentia nō augeatur actiōis.ſic inquietis ponat̄
modus.vt tamen ocioſis nō fiat torpor ſecurus.ſic ab
impatientibus extinguatur ira.ut tamen remiſſis ac le
nibus nō creſcat negligentia.ſic lenes accendantur ad
zelum.vt tamen iracundis nō addatur incendiū.ſic te-
nacibus infundatur tribuendi largitas.vt tamē ꝓdigis
effuſionis frena minime laxentur.ſic prodigis p̄dicet̄
parcitas.vt tamen cōtinentes nō reuocētur ad luxum.
ſic cōtinentibus laudetur virginitas.vt tamen in con-
iugibus deſpecta nō fiat fęcunditas carnis.Sic p̄dicāda
ſunt bona.ne ex latere iubeantur et mala.ſic laudanda
ſunt bona ſumma.ne deſperētur ultima.ſic nutrienda
ſunt vltima.ne dum creduntur ſufficere nequaquam
tendatur ad ſumma.Curandū eſt itaq; prędicatori.q̄ti-
nus ſic tergatur triſticia quę uenit ex tempore.vt non
augeatur lęticia quę ſperſione.& ſic frenetur lęticia q̄
ex ſperſione eſt.vt tamen nō creſcat triſticia quę venit
ex tempore.ſic itaq; in iſto reprimatur ſubito aborta
formido.vt tamen nō excreſcat enutrita diu pręcipita-
tio.ſic in illo reprimatur diu aborta pręcipitatio.ut ta-
men nō valeſcat impreſſa ex conſperſione formido.

QVOD OPORTEAT POSTVLARI A DOMI-no poſſibilitas prędicandi. Ca. XXXIX.

e T hęc ſe poſſe ſi potuerit.& inquātū potuerit.
pietate magis orationū qnā oratorū facultate
nō dubitet.ut orādo pro ſe ac pro illis quos eſt
allocuturus.ſit orator ātēq; dictor.Ipſa hora iā vt dicat
accedēs.priusq; exerat ꝓferentē linguā.ad deū leuet
aīam ſitientē.vt ructet q̊d biberit.vł q̊d īplerit fundat.
Cū enī de vnaq̄q; re q̄ ſcd'm fidē dilectionēq; tractāda
ſunt.mł'ta ſint q̄ dicāt̄.et mł'ti modi q̲bus dicāt̄ ab eis q̲
hęc ſciūt.q̲s nouit q̲d ad p̄ſens tp̄s.uł nobis dicere.vł p̲
nos expediat audiri.nī q̲ corda oīm videt.et q̲s facit ut

quod oportet. & queadmodũ oportet dicatur nobis. niſi in cuius manu ſunt & nos. et ſermones noſtri? Ac per hoc diſcat qui docet oĩa q̄ docēda ſunt. qui et noſſe vult & docere facultatē dicēdi. quę ut decet uirũ eccleſiaſticũ cōparet. Ad horã uero ipſius dictionis illud potius bonę menti cogitet cōuenire. q̇d dn̄s ait. Nolite cogitare quomō aut qd loq̄mini. dabit̄ enim vobis in illa hora qd loq̄mini. nō enĩ uos eſtis qui loqmini. ſed ſpũs patris veſtri qui loqtur in uobis. Si ergo loquit̄ in eis ſpiritusſanctus qui perſequētibus tradunt̄ ꝓ Chriſto. cur nō et in eis qui tradũt diſcētibus Chriſtũ? Qui aũt dicit hoĩbus nō eſſe pręcipiēdũ. quid uel queadmodũ doceãt. ſi doctores efficit ſpũſſctũs. poteſt dicere. nec orandũ eſſe nobis q̇d dn̄s ait. ſcit pater veſter qd uobis neceſſariũ ſit priuſquã petatis ab eo. Siue aũt apud populũ vel apud quoſlibet iãiãq; dicturus. ſiue q̇d apud ppl'm dicendũ. vel ab eis qui uoluerint. aut potuerint legendũ eſt dicta turus, oret ut deus ſermonē bonũ det in os eius. Si enim regina orauit Heſter pro ſuę gentis tēporali ſalute locutura apud regē. ut in os eius deus congruũ ſermonē daret. quãtomagis orare debet. ut tale munus accipiat. qui pro ęterna hominũ ſalute in doctrina & verbo laborat. Illi uero qui ea dicturi ſunt. quę ab aliis acceperũt. & antequã accipiant. orent pro ipſis a quibus accipiũt. vt eis detur quod per eos accipere volũt. & cũ acceperint. orent vt bene & ipſi ꝓferant. & illi ad quos ꝓferant ſumãt. & ꝓſpero exitu dictionis. eidē gracias agant. a quo id ſe accepiſſe nō dubitant. vt qui gloriatur in illo glorietur. in cuius manu ſunt & nos et ſermones noſtri.

Explicit liber tercius Rabani Mauri de Inſtitutione clericorum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf